commodius omitti potest in interpretatione. Conf. Soph.
Oed. Col. 867. ἀποσπάσας ἐξοίχει. Ibidem mox 898.
legitur:

Κρέων ὄδ' ὄν δέδορξας οἴχεται τέκνων
ἀποσπάσας μου τὴν μόνην ξυνορίδα,

ubi Schneidewinus recte adnotavit: die formel οἴχεται
ἀποσπάσας ist eine verstaerkung des ἀποσπάσαι mit be-
zug auf die entfernung der πομποί. Noster dicit: das
hab ich klar und deutlich durchgenommen. Doch lie-
ber mag ich der leiden unerfahren als erfahren sein.
Moege es gluecklich enden wider mein vermuthen.

437. M. Recte πολλῶν ἄκουσον.

Quod Hermannus adnotavit chori verba nimis ex
abrupto fieri, in eo obliviscitur vir summus eam esse
fabulae naturam ut agatur. Quod virgines ad abeun-
dum regem vident paratum, adductae sunt, ut sic ab-
seise ei optionem dent.

439. M. ζῶνας τε. Recte Hesychius ζῶνας τε συλ-
λαβὰς πέπλων, ἀντὶ τοῦ αἴς ζῶννυμαι καὶ τοὺς πέπλους
συλλαμβάνω. Ceterum pro σιρόβους Scaligeri emendatio
σιρόφους nunc mihi videtur recipienda. Significat autem
σιρόφος id quod σιρόφιον, 'fascia pupillis praetenta.'

440. M. τύχαν γυναικῶν ἰαῖτα συμπερῆ πέλοι. Atque
τύχαν vel τύχα, ut in apographo P. legitur, veteres cri-
tici convenienter ad artem palaeographicam (α saepius

pro *η* et *αν* saepissime pro *α* scribebantur) in *τύχη* commutarunt, quamvis nemo ex iis verba ipsa satis recte explicare potuerit. Hermannus contra scribendum esse putabat: *τάχ' ἂν γυναικὶ ταῦτα συμπεπῆ πέλοι*. At id poeta, ne de coniectandi licentia dicam, coniunctivo non dixisset. Quid igitur Aeschylus scripsisse credendus est? Probabilem etsi *παρακεκινδυνευμένην* habeo argumentationem. In *Agam.* v. 1087. 88. legitur

πυτει δ' ἐν ἐνύδρω κύτει

δολοφόνον λέβητος τύχαν σοι λέγω.

Ad hunc versum Schneidewinus adnotavit: '*τύχαν*, zuruestung, anstalt.' Et id quidem recto sensu factum est: dubium autem an recta intelligentia. *τύχη* enim, si a *τυχάνω* ducitur, nunquam hunc significatum habere potest, nec habet unquam. Equidem igitur suspicor praeter hanc vocem *τύχη* a *τυχάνω* alteram vocem *τύχη* sive *τύκη* a *τεύχω* (sive *τύχω* vel *τύκω*) illo 'apparatus' significatu usitatam fuisse. Tum vero *τύχαν* hoc cantico pro *τύκαν* scriptum esset, ut pro *τύκος* quoque *τύκος* legebatur. Ita apud Hesychium et apud Pausaniam: contra *τύκος* apud Eust. et apud Polluc. (VII. 118.); apud Herodotum item nunc *τύκος* pro *τύχους* (VII. 89.) legitur. Nisi forte formae *τύκος* et *τύκη* unice verae sunt. Certe nostro loco, nisi in ipsa re fallimur, dubitari non potest, quin poeta scripserit:

τύκη γυναικῶν ταῦτα συμπεπῆ πέλει,

idque hoc sensu planissimo: für einen frauenanzug geziemt sich dies ganz und gar. Indicativus *πέλει* etiam in apographo G. erat ante quam corrigeretur. Ceterum *τύκη*, *τύκος*, *τύκισμα* apte conferri possunt cum *δόκη*, *δόκος*, *δόκημα*.

His iudiciis detexeram vel certe mihi videbar de-

texisse vocabulum, quod mox novus locus confirmatus erat. Apud Athenaeum II. p. 69. b. legitur: Ἀμφίς τε ἐν Ἰαλέμφῳ φησίν,

ἐν ταῖς θριδακίαις ταῖς κάκιστ' ἀπολουμέναις,
 ἄς εἰ φάγοι τις ἐνιὸς ἐξήκοντ' εἰῶν,
 ὁπότε γυναικὸς λαμβάνοι κοινωνίαν,
 σιρέφοιθ' ὄλην τὴν νύκτα, μηδὲ ἐν πλεόν
 ὧν βούλεται δρῶν, ἀντὶ τῆς ὑπουργίας
 τῆ χειρὶ τρίβων τὴν ἀναγκαίαν τύχην.

Quod si quis recte intelligere vult, comparari debet Athenaeus II. p. 69. c.: Καλλίμαχος δὲ φησιν ὅτι ἡ Ἀφροδίτη τὸν Ἄδωνιν ἐν θριδακίῃ κρύψειεν, ἀλληγορούντων τῶν ποιητῶν ὅτι ἀσθενεῖς εἰσι πρὸς ἀφροδίσια οἱ συνεχῶς χρώμενοι θριδαξί. καὶ Εὐβουλος δ' ἐν Ἀστυίοις (immo ἐν ἀστυίοις h. e. inter cibos Venerem extinguentes, ut Dobraeus ingeniose coniecit, idque pro nomine comoediae accepit epitomator) φησί,

μὴ παρατίθει μοι θριδακίνας, ὧ γύναι,
 ἐπὶ τὴν τράπεζαν, ἣ σαντὴν αἰτιῶ.
 ἐν τῷ λαχάνῳ τούτῳ γάρ, ὡς ὁ λόγος, ποτέ
 τὸν Ἄδωνιν ἀποθανόντα προὔθηκεν Κύπρις·
 ὥστ' ἐστὶ νεκίων βρωμα.

Transscripsi haec ex Meinekii fragm. com. graec. III. pag. 308. pag. 210.

Iam quaeritur, quid in superiore loco v. 6. τὴν ἀναγκαίαν τύχην sibi velit. Augustus enim Meinekii hic explicationi vix satisfecisse videtur: ἀναγκαίαν τύχην, quod Sophocles Elect. 48. et Ai. 485. de inevitabili vi necessitatis dixit, Amphiscus ex laudatissimi viri sententia de mulieris parte intelligi voluit. Dubitanter autem idem vir eximius ipse addidit: 'nisi forte φύσιν scribendum pro τύχην.' Immo de genitativo viri hic

sermo est idque comicus salse dixisse videtur τὴν ἀναγκαίαν τύκην i. e. 'den noethigen apparat.'

Eandem vocem Hermannus, quod postmodum vidi, metri indicio reposuit in Euripid. Ion. 208. σκέψαι κλόρον ἐν τείχεσι λαίνοισι Γιγάντων. Huc adscripsit vir summus: 'hic videtur de imagine in lapide scalpta sermo esse: quare τύκαισι posui, vocem quam non mirum est ignotam esse lexicis, quum rara sint etiam τύκος et τύκισμα.' Quam emendationem ne a Badhamo quidem esse receptam valde miror. Conferri enim aptissime potest Eurip. fr. Andromeda ap. Maximum schol. in Dionys. Aerop. II. p. 28.: παρθένου τ' εἰκά τινα ἐξ αὐτιμόρφων λαίνων τειχισμάτων σοφῆς ἄγαλμα χειρός, ubi Iacobsius item recte dedit τικισμάτων, ut ap. Lycophron. 349: ἐν παρθενῶνος λαίνου τικισμασιν legitur.

Alius locus addi potest ex Euripidis Alcest. 807.

οἶμαι μὲν· οὐκὼν τὴν ἄγαν λύπην ἀφείς
 πίει μεθ' ἡμῶν τάσδ' ὑπερβάλων τύχας
 στεφάνοις πικασθεῖς,

ubi omnes libri τύχας, nisi quod πύλας codex Parisinus (n. 2713.), quod pro v. l. ascriptum in Florentino. Sed schol.: γράφεται πύλας, ἢ ἡ ὑπερβάς τὰς πύλας. εἰ δὲ τύχας, καταφρονήσας. Genuina scriptura procul dubio erat τάσδ' ὑπερβάλων τύκας h. e. τοῦσδ' ὑπερβάς ξενῶνας. Pro ignoto vocabulo τύκας nescio quis grammaticus posuerat πύλας recto quidem sensu sed non satis accurata tamen explicatione. Ceterum hinc recte intelligitur Hesychii glossa: τύκων (immo τύκων)· πυλῶν· τύχους (immo τύκους) γὰρ καὶ τοὺς σφῆνας καλοῦσιν. Similiter: τύφοι· σφῆνες (immo τύκοι· σφῆνες). Ceterum in eo errasse videtur epitomator, quod τύκων per πυλῶν explicavit: τυκῶν enim potius alicubi ita eum explicatum

invenisse persuasum est. Nunc quoque Soph. Elect. 1458. medelam suam accepisse videtur. Legitur enim

σιγᾶν ἄνωγα κἀναδεικνύναι πύλας
 πᾶσιν Μνηστραίοισι Ἀργείοις θ' ὄρεῶν,
 ὡς εἴ τις αὐτῶν ἐλπίσιν κεναῖς πάρος
 ἐξήρει' ἀνδρὸς τοῦδε, νῦν ὄρεων νεκρὸν κτλ.

Nimirum glossemate πύλας eiecto lege τύκας. Denique apud Euripidem Here. fur. 934. legitur:

λάζυσθαι χρεῶν
 μοχλοὺς δικέλλας θ', ὡς τὰ Κυκλώπων βύθρα
 φοίνικι κανόνι καὶ τύκαις ἤρμοσμένα
 στρεπτιῶ σιδήρω συντριαινώσω πάλιν.

Interpretes hic receperunt pro τύκαις Brodaeī coniecturam τύκοις. Non male: nunc tamen reponendum videtur esse τύκαις, ut generaliter dictum sit pro eo quod nos dicimus 'mauergeraeth.' Nisi forte τύκαις hic pro τύκοις (hoc est: 'cuneis quibus lapides finduntur') ponitur. Quod ad φοίνικι κανόνι attinet, comparari potest: Troad. 6. πύργους ὀρθοῖσιν ἔθεμεν κανόσιν. Plat. Phil. p. 56. B.: κανόνι — καὶ τόρῳ χρῆται (τεκτονική). Eurip. Troad. 814. κανόνων δὲ τικίσματα Φοῖβον *** πρὸς φοίνικι πνοᾷ καθελὼν Τροίας ἐπόρθησεν χθόνα.

441. M. καλεῖ. Turnebus correxit.

442. M. λεξον.

M. γηρυθεις, γηρυθεῖς' Turnebus.

M. ἔση.

443. M. ὑπὸ στήσει. In apographis ὑποστήσει. Recte Wellauerus ὑποστήσεις.

445. M. πίναζω. Recte Turnebus.

446. M. ἀλλὰ πῶς φράσον. Abreschius: ἀλλ' ἀπλῶς φράσον. Id recepi cum ceteris. Opponi enim inter se solent αἰνίγματα et ἀπλοῖ λόγοι. Prom. 611. οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἀπλῶ λόγῳ. Anaxilas apud Athen. XIII. p. 558. a. Meinekii frag. com. graec. III. p. 348.

Σφίγγα Θηβαίαν δὲ πάσας ἔσσι τὰς πόρνας καλεῖν,
αἰ λαλοῦσ' ἀπλῶς μὲν οὐδέν, ἀλλ' ἐν αἰνιγμοῖς τισιν,
ὡς ἐρῶσι καὶ φιλοῦσι καὶ σύνεισιν ἡδέως.

Alexis ibidem X. p. 449. d. Meinekii fr. l. l. p. 493.

B. αἰεὶ σὺ χαίρεις ᾧ γύναι μ' αἰνίγμασιν.

A. καὶ μὴν ἀπλᾶ γε καὶ σαφῆ λέγω μαθεῖν.

Ceterum patet priorem versum corruptum esse. αἰεὶ σὺ enim verisimile est ex coniectura positum esse. Pro αἰεὶ sive αἰεὶ V. L. habent παῖζειν, ex interpolatione Mursi. Codicem P. neque αἰεὶ neque παῖζειν habere annotavit Dindorfius. Hinc emendatio ducenda est. Vereor igitur ut Meinekii recte scribat αἰεὶ σὺ παῖζεις ᾧ γύναι μ' αἰνίγμασιν. Immo legendum esse puto: λάσκουσα χαίρεις, ᾧ γύναι, ἢ αἰνίγμασιν. Nimirum tragicorum gravitatem affectat comicus.

448. M. μακιστήρα. In ima pagina adscriptum est μακιστήρα ἰόν. Hesychius μακίστηρ, βέλος. τάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ μέγαν. Hinc apertum est proprie id genus teli, quod longissime iaci potest, ita dici potuisse. Alia significatione usurpatur vox apud Aeschylum in Persis 699. μήτι μακιστήρα μῦθον, ἀλλὰ σύντινον λέγων, ubi scholiastes adnotavit μήκους ἐχόμενον. Simplicius explicari potest μακρότατον vel etiam μακρόν. At nostro loco perperam legitur μακιστήρα. Auratus coniecit μασικτηήρα. Id bene se haberet, nisi, ut Hermannus recte observavit, scholiastae adnotatio ἦκουσα λόγον καρδίας δηκτικόν ostenderet scriptum fuisse δακνιστήρα. Quod in Persis est

v. 589. *σιένε καὶ δακνάζου*, non adhibeam ut *δακνιστήρα* praeferam. Tales formae finguntur a poetis prouti cuique loco accommodatae videntur.' Hermannus. Iam *δακνιστήρα καρδίας λόγον* explicabis 'verba cor mordentia.'

450. M. *καὶ μὴν πολλαχῆ γε*. Delevit μὴν Turnebus.

453. M. *τόδ' ἐσέβηκα*. Recte Schuetzius *τόδ' ἐσβέβηκα*.

455. M. *οὐχ ὑπεροξεύσιμον*, 'quod non potest superari.'

456. M. *ομαίμους*. Correxerit Turnebus.

457. Choeph. 861. *μάχης γὰρ δὴ κεκύρωται τέλος*.

463. M. *αἶψ*. Recte in apographis.

M. *λαβών*. Dedi *λαβέ*.

464. M. *βομούςς ἐπ'*. Inserui *τ'*.

467. M. *καταρχῆς*.

468. M. *οἶκτος εἰσιδὼν τὰδε*. Hermannus emendavit.

Quod ad *γὰρ* iteratum attinet idem vir summus recte adnotavit id non ad praegressam sententiam, sed ad illa referendum esse, *μηδ' ἀπορριφθῆ λόγος ἐμοῦ*.

471. M. *ἐννοίας*. Fortasse Hartungius recte *ἐννοϊαν*.

473. M. *εὐ ξέονια προσξένον*. Recte Porsonus *εὐρε-*

θένια: et πρόξενον prius scripserat Canterus. Burge-
sius coniecit ἐν δέοντι.

476. M. πολισσούχων ἔδρας, nisi quod ν in πολισ-
σούχων prius σ fuisse videtur. Hermannus posuit πο-
λυξέσιονς. 'Nam scriba antiquissimi codicis ad praecedentem
versum respiciens πολισσούχονς scripserat.' Her-
mannus. Hartungius, ut hoc addam, recepit πολυστεφεῖς.

M. ἀσφαλείας δέ δι' ἄστεώς. Turnebus recte ἀσφα-
λεια δ' ἦ.

480. M. φυλάξαι, a manu prima.

Hermannus hoc poetam dixisse putat: 'Vide ne, si
solus per urbem eam, hominis peregrini ipsoque cutis
colore stuporem facientis audacia metum civibus incu-
tiam, concursusque fiat et pulsatio, in qua facile acci-
dere potest, ut quis eum qui minime hostis est occidat.'
At rectius videtur Engerus verborum sensum ita expli-
care: θράσος und φόβος sind gegensätze und die worte
μὴ θράσος τέκη φόβον enthalten wahrscheinlich einen
auf einem sprichwort beruhenden gedanken. Danaos
will sagen, seine zu grosse kuehnheit (immo 'sein zu
grosser muth') koenne sich leicht in furcht (immo 'in
besorgniss') verwandeln, und furcht kann er nur ha-
ben, wenn ihm die Argiver etwas zu leide thun wollen,
wie man sagt κλάσει 'du wirst schlaege bekommen'.
Folglich ist der sinn der worte: dass ich meine kuehn-
heit nicht bereue.

482. εὖ γὰρ ὁ ξένος λέγει. Augustus Nauckius
hanc suam mecum nuper communicavit emendationem
εὖ γὰρ οὖν ξένος. Sed verum videtur ὁ ξένος. Conf.
Soph. El. 464. πρὸς εὐσέβειαν ἢ κόρη λέγει.

483. M. ἀσίκτιους. Turnebus ἀσικούς recepit.

484. Ξύμβολοι sunt obvii, ut in Prom. 488. ἐνοδίοις συμβόλους dixit. Dubitari tamen potest an ξυμβολοῦσιν scripserit, ut in Septem ad Theb. 334. ξυμβολεῖ φέρων φέροντι, quod Hesychius συννιγχάνει est interpretatus.' Hermannus. Quae emendatio cum scholiastae adnotatione τοῖς συννιγχάνουσιν confirmata sit, procul dubio est recipienda.

486. M. κίοι. Recte Schuetzcius κίει. De forma omnino dubitari non potest, praesertim cum etiam κίεις alibi a poeta adhibeatur.

487. M. νέμεις. Recte. Porsonus sine idonea caussa recipiendum duxit νεμεῖς.

489. M. χειρὶ καὶ λόγοις. Reposuit G. Dindorfius genuinam scripturam χειρία λόγοις ex ineditis schedis Valekenarii ductam. Librorum scripturam si quis tueri volet, ut χειρὶ καὶ λόγοις σέθεν sit 'voce tua manaque permota', ἢ. e. 'ut manu monstras et verbis iubes', comparare poterit Ovid. Met. I. 205. 'qui postquam voce manaque murmura compressit, tenuere silentia cuncti.'

490. M. ἐπιστρέφω. Recte Robortellus.

491. M. ἂν ἄλσος ῥύοιτό με a manu prima.

492. M. ἄρπαγες ἐκδώσομεν. Turnebus ἀρπαγαῖς. Porsonus ἀρπαγαῖς σ' ἐκδώσομεν. — πτερωτῶν ἀρπαγαῖς. πτερωτοί, 'aves'. Eurip. Hel. 745. πτερωτῶν φθέγματα. Bacch. 250. σκοπεῖν πτερωτοὺς κάμπύρων μισθοὺς φέρειν.

Sed in numero *πιερωτων* quoque habebant *δρακοντας*. (Ita apud Herodotum II. 75. *πιερωτοι οφριες* commemorantur.) Hinc ea intelliguntur quae virgines respondent.

493. M. *αλλ' ει*. Porsonus *αλλ' η* dedit.

496. M. *ανακτων*. Id emendavi.

497. M. *φρενι*. Emendavit Heathius.

498. M. *αλλ' ονυ δαρων χρονον ερημωσε πατηρ*. Recte Hermannus: 'deest pronomen neque Aeschylus *χρονον* utraque brevi in medio trimetro posuisset.' Equidem tamen Hermannianae Engeri coniecturam praetuli.

500. M. *πιτω*. Turnebus *πεισω*.

501. M. *τοια*. Auratus *ποια*, quod etiam in apographo Parisino supra adscriptum est.

Ceterum 500—502 in M. prius omissi a manu secunda in margine adscripti leguntur.

504. M. *πορσινων*. Correxerit Heathius.

505. 'Dubitari potest sic an *πειθοι* poeta scripserit'. Hermannus.

509. M. habet *πειθον*, quod Hermannus ex *πιθου* ortum esse recte vidit. Sed ne *πιθου* quidem ferri potest. Pro *πειθον τι και γενεσθω* Lobeckius coniecit *πειθον τι και γενει σω*, quam coniecturam Hermannus ingeniosam dicit. Equidem Lobeckium, virum eximium, in eo dumtaxat laudo, quod locum corruptum esse recte

vidit: coniecturam istam nec probo et laudare nequeo. Aeschylus, nisi prorsus fallor, scripsit τίθου. Nec ad Iovis invocationem pertinent καὶ τελέων τελειότατον κράτος sed ad τίθου. Coniungenda igitur sunt verba ita καὶ τελέων τελειότατον κράτος τίθου τε καὶ γενέσθω (τελειότατον).— Vide 1032. καὶ κράτος νέμοι γυναιξίν. καὶ — τε καὶ autem ἐκ παραλλήλου quod vocant positum est. Soph. Oed. T. 1446. καὶ σοί γ' ἐπισκήπτω τε καὶ προστρέψομαι.

512. M. τὴν μελανόζυγαιαν. Recte in apographis P. E. τὴν μελανόζυγ' ἄταν i. e. perniciem atro ornatu cinctam. Ita enim navis Aegyptiorum nigris hominibus impleta dicitur. 'Inest tamen in verbis simul etiam atri mali significatio.' Hermannus.

513. Male Hermannus coniecit γεναρχᾶν pro γυναικῶν.

517. M. πολυμνήσιωρ ἐφάπτωρ. Recte emendavit Hermannus. Et ἐφάπτωρ quidem etiam Porsonus recepit. De vocativo ita appposito non est cur dicam. Et graecae et latinae locutiones sunt: ὄλβιε κῶρε γένοιο, 'venias hodiernē'.

518. M. δίας τοι. Hermannus sensum esse putat: εὐχόμεθα γένος εἶναι ἀπὸ τῆσδε δίας γῆς, ἔνοικοι αὐτῆς. Ipse Διός τοι scripsi, ut eadem sententia quae v. 15—18. legitur hic quoque efficiatur.

521. M. ἀνθονόμουσ. Hermannus adnotavit: 'Scho-liastes ἐπωπᾶς interpretatur κατανομᾶς. Alii hoc pro ὀπωπᾶς videntur accepisse. Recte intellexit Paleius inspectionem Argi observantis in pascuis vitulam, si-

gnificari. Sic Stephano Byzantio teste *Ἐπόπη* Acrocorinthus dicebatur, quod inde Aeginam prospexisset Sisyphus. At commodam explicationem non admittit vulgata lectio. Aeschylum verisimillimum est scripsisse *ἀνθονομοῦσ' ἐπωπᾶς*. Accusativum *λειμῶνα βούχιλον* ex *ἀνθονομοῦσα ἐπωπᾶς* (i. e. *ἐποπιεύουσα*) pendere posse nemo hodie ignorat. Similiter Homerus (II. VIII. 171.) *σῆμα κθεῖς* cum accusativo *ἑτεραλκῆα νίκην* coniungit, tamquam si antea *σημαίωνων* dictum esset. Nonnulla eiusdem generis apud nostrum leguntur, ut Ag. 780—84. *δίκας γὰρ οὐκ ἀπὸ γλώσσης θεοὶ λύνοντες ἀνδροθνήτας Ἴλιου φθορὰς ἐς αἵματηρὸν τεῦχος οὐ διχορρόπως ψήφους ἔθεντο* (i. e. *ἐψηφίσαντο*). Superest ut de tam mira locutione *ἀνθονομοῦσ' ἐπωπᾶς* dicam. At ne exemplorum cumulatione opus sit in re apertissima, videsis lexicographos s. v. *δρέπω*, *ἀποδρέπω*, *ἀπανθίζω*, *ἀνθερίζομαι* et Aeschylum ipsum Ag. 1634. *γλώσσαν ματαίαν ἀπανθίσει*. Quod ad sententiam denique attinet suo quisque ingenii calculo probabit commoditatem: ipse ordinem verborum simillimum esse tantum admoneo in his quae mox 539—542. sequuntur.

526. *διχῆ ὀρίζεν γαῖαν* est 'terminum inter duas contiguas terras constituere.' Vide Elmsl. ad Med. 421. ad Heracl. 16.

529. *Μ. ἰάπτει βασιδος*. Correxerit Turnebus.

Ad *ἰάπτει* interpretes (vide Elmsl. ad Heracl. 149.) *ἐαντήν* supplendum esse putant. At verba *ἰάπτειν*, *ξίπτειν*, *παίειν*, similia, per se duplicem significationem habent, unam transitivam (mittendi, iacendi, tundendi) alteram neutralem (irruendi). Vide Lob. Pathol. p. 88.

531. M. μουσῶν. Emendavit Turnebus.

532. M. λίγιά τε γύαλα. Correxit Hermannus. Et *Αύδια* quidem prius scripserat Turnebus.

533. M. ὄρων a manu prima, ὄρων a manu secunda. In margine apographi E. ὄρων. Id recepit primum Hermannus. 'Nam in melicis tragici non ὄρων, sed ὄρεων dicunt'. Hermannus.

534. M. παμφύλων τε γένη διορνημένα. Eiciendum esse γένη Heathius primum vidit. Ortum autem, ut Hermannus seite observavit, videtur γένη ex interpretamento ad corruptum παμφύλ, in quo quis φύλα sibi visus erat legere.

535. M. τάν. Turnebus posuit τούς. Hermannus γάς. M. ποταμοὺς δ'. Abest particula in apographo G. M. ἀεννάους antequam corrigeretur.

536. M. καὶ τὰς ἀφροδίτης. Hermannus τὰν Ἀφροδίτας. Et Ἀφροδίτας quidem iam Turnebus.

540. M. εἰσιχνουμένου sed ut duae ultimae vocales in rasura scriptae sint a manu secunda. Ineptissimam scripturam nonnulli interpretes male defenderunt. 'Lusui in similitudine verborum ibi tantum locus est, ubi aliquid ad sententiam confert'. Hermannus. Ipse prius conieceram εἰσιχνουμένου esse legendum. Atque Bothius quidem, ni fallor, ante me scripserat εἰσιχνουμένου. Nunc Mediceus confirmare videtur hanc emendationem: supra x enim teste Cobeto a manu secunda x adscriptum est. Ἰχνέω apud Pind. Pyth. 8. 49.: παλαισμάτεσσι γὰρ

ἰχνέων μαιραδελφῆους. Libri ἰχνέων contra metrum. Correxerit Schmidius. Ceterum εἰσιχνουμένον vel ideo incredibile est poetam hic scripsisse, quia Prom. 570. de eadem re κυναγεῖ πλανᾷ τε νῆσιν dicit. Atque ibi unus e scholiastis recentioribus adnotavit: ἀνιχνεύει καὶ πανταχῇ φοιτώσῃ παρίσταιται.

541. M. ὄντ'. Scripsi ἔνθ'. Conf. Eur. Phoen. 646. καλλιπότημος ὕδατος ἵνα τε νοῖς ἐπέχεται γῆρας Αἰρκας χλοηφόρους.

543. M. ὕδωρ τὸ Νεῖλον. Aeschylus de incremento Nili apud Athenaeum in fine lib. II. (fragm. 305. apud Herm.) ita dicit:

Αἰθιοπίδος γῆς, ἔνθα Νεῖλος ἐπιάρου;
γάνος κυλίνδει πνευμάτων ἐπομβρία.

545. 546. M. κεντροδαλήτοις θυνίας ἥρας, ita ut post θ aliquid erasum sit. Scribendum erat accentu correcto θυνιάς. Pro κεντροδαλήτοις Erfurdcius coniecit κεντροδαλήτισι, 'stimulo perimens'. Heathius contra scripsit κεντροδαλήμοσι.

548. M. χλωρω δειγματι. Recte Robortellus.

549. M. βοτὸν ἐσορῶντες δυσχερὲς μιζόμβροτον. Hermannus genuinum vocabulum recte vidit expulsum esse ἐσορῶντες explicandi caussa adscripto, quoniam non intellectum erat accusativos ὄψιν ἀήθη pendere ex πάλλοντι θυμόν. De emendatione quae Hermanno placuit, praestat tacere. Ipse veterem inveni scripturam. Expulso enim interpretamento legitur βοτὸν δυσχερὲς μιζόμβροτον. Hic patet βοτὸν et μιζόμβροτον esse

coniungenda. Quorsum autem *δυσχερές* pertinet? Ad omissum vocabulum *θέαμα*. Vide Prom. 804. *δυσχερῆ θεωρίαν*. Soph. Antig. 254. *πᾶσι θαῦμα δυσχερές παρῆν*. Hic Ellendtius adnotavit: 'Non puto 'difficile ad conii-ciendum', dici, sed 'gravem' rem, metus ut significetur qui conspicientes inceserat'. Adde Prom. 306. *δέρκον θέαμα, ἰόνδε τὸν Διὸς φίλον*. ibid. 69. *ὄρας θέαμα δυσθέατον ὄμμασιν*.

552. M. *τὰν δ'*. In apographo G. scriptum erat *τὰ δ'* prius quam corrigeretur. Id Hermannus recepit. Fortasse recte.

M. *δὲ θάμβον*. Correxerit Turnebus.

553. M. *τόδε. τότε* Canterus. Deinceps fortasse rectius cum Hartungio legitur *δή υς ἦν ὁ Θέλλας* interrogandi signo post *Ἰὼ* sublato.

556. 557. M. *ζὲς αἰῶνος κρέων ἀπαύστον*. In margine *καίτων*. Inter 555. et 556. rasurae. Recte Hermannus: 'Nimirum quod sequens versus exciderat, nomen Iovis addendum esse vidit librarius. At id fuerat in altero versu: hunc, ut antistrophicum, *δι' αἰῶνος* habere oportebat.' Idem Hermannus probabiliter supplevit quae deerant usitata formula: *πράκτωρ τῶνδ' ἐφάνη Ζεύς*.

558. M. *βία*. 'Non vim, quae si esset vis ab Iu-none illata, indicatum id oportebat, sed miseriam de-sisse dicendum erat.' Hermannus. Quare posuit *δύα*.

561. *Πένθημος αἰδῶς δακρύων* est 'pudor cum do-

lore et lacrimis coniunctus, quod forma humana privata erat Io.' Hermannus.

562. ἔρμα. Similiter Eurip. Ion. 16. γαστρός διήνεγκ' ὄγκον.

566. M. τὸ δῆ. Recte Porsonus τόδε.

575. In principio versus dactylum excidisse Hermannus vidit. Ipse supplevi ἔστι δέ.

577. M. ὑπ' ἀρχάς. Correxerit Schuetzius.

Θοάζων scholiastes recte videtur interpretari καθήμενος. Hermannus contra θοάζειν 'sedere' significare prorsus negans explicavit: 'sub nullius imperio properans, properare enim debet, qui imperia potentioris exsequitur'. At nemo, opinor, hac in re cum Hermanno consentiet. Aut enim poeta Iovem sub nullius imperio sedentem dicit aut omnino θοάζων hic non scripsit.

578. M. κρείσσον ὦν. Correxerit Turnebus.

M. κρατύνει. Id corrigebatur. Discrepantia scripturae casu non indicatur in editione Hermanniana.

579. M. οὔτινος. Recte Robortellus.

M. ἡμὲν οὐ. Recte Turnebus.

Σέβειν 'probandi' significatu esse observavit Hermannus, in eo tamen prorsus errans, quod verba reddidit: probat debiliorem fortioris computiri infra, nullo superius sedente. Nemo ex interpretibus meo quidem iudicio huc usque perspexit verborum sensum. Hoc poeta dixisse videtur: unter der herrschaft von niemand sitzend ist es ihm genehm die geringere macht (ge-

ringer im vergleich zu der seinigen) der maechtigeren hier unten zu lenken, ohne dass einer ueber ihm steht. Ceterum pro *Θοάζων* Aeschylus fortasse scripsit *Θεοῦ ζῶν*.

581. M. *δούλιος*. Correxit Auratus.

582. Fortasse rectius ita legitur: *Θαρσεῖτε, παῖδες, εὖ τὰ τῶν ἐγχωρίων*.

583. M. *δήμιον δέδοκται*. Dubitari potest, an recte scripserim *ἤδη δέδοκται*. Hartungius coniecit:

*Θαρσεῖτε, παῖδες. εὖ τὰ τῶν ἐγχωρίων
κυρεῖ. δέδοκται παντελῆ ψηφίσματα.*

Fortasse excidit quoque versus inter hos duos.

584. M. *ἀγγέλλων* a manu secunda, a manu prima *ἀγγέλων*.

585. M. *ἐνόσπερ ἡμῖν*. Recte Robortellus.

M. *ποι* (sine accentu) *κεκύρωται*. Robortellus *ποῖ
κεκύρωται*.

586. M. *χειροπληθύνεται*. Hermannus adnotavit: 'qui *χειρ ὅπως* coniecerunt ut Turnebus, vel *χειρ ὅποι* ut Victorius, vel *χειρ ὅπη* ut Dobraeus, vel *χείρ θ' ὅπη* ut Dindorfius, bis idem dici fecerunt. Quare *χειρ ὅπερ πληθύνεται* scripsi.' Incerta est emendandi ratio: recte tamen Hermannus *πληθύνεται* recepisse videtur, cuius eadem quae transitivi *πληθύνειν* significatio est. Conf. Ag. 1330. *μύτην ἐπαινεῖν πάντοθεν πληθύνομαι*. Fortasse nostro loco etiam legendum est: *χείρ ὅθεν πληθύνεται*.

588. M. *ἀλλ' ὡστ' ἂν ἠβήσαιμι*. Correxit Tyrwhittus.

590. M. λόγῶν.

592. M. καρυσιάστους.

594. M. προσιθῆ. Hartungius invenit προστεθῆ.

597. M. ἔπειθεν. Recte Turnebus.

598. M. ζηνός. Διός in apographo G.

599. M. πρόφρων ὄν. Emendavit Canterus.

600. M. προπόλεως. Hermannus πρὸς πόλεως dedit. Idem vir summus ita explicavit verborum sensum: 'edicens ne civitas magnam in futurum tempus Iovis iram augeat, quippe duplex a civitate piaculum aequè in hospites atque in ipsos cives commissum insanabile nutrimentum malorum fore.'

διπλοῦν μίασμα. 'Nimirum et hospites supplicantes non revereri et genus cognatum repudiare impium est.' Hermannus.

604. M. ἔκλαναν εὐκλήτορος. Turnebus ἔκραν' ἄνευ κλητῆρος.

605. M. ἐπιθειεῖς. Blomfieldius ἐπιθειεῖς. Recte Hermannus ἐπιθειῖς.

στροφάς intelligunt interpretes de arte oratoria, qua quis populi animos allicere solet. Hartungius fortasse rectius dedit ῥοπάς i. e. 'momenta'.

606. M. ζεὺς δ' ἐπέκρανεν τέλος. Partim recte Hermannus: 'qui scire potuit Danaus comprobasse haec

Iovem? Accedit quod id dictum est cum insolenti productione augmenti. Immo optare debebat, ut comprobaret Iuppiter'. Scripsit igitur δὲ κράνειεν. At G. Dindorfius invenit Ζεὺς δ' ἐπικράναι τέλος. De optativi forma non habeo cur dicam.

607. M. λέζομεν. Turnebus λέζωμεν.

M. ἀργείους ante correctionem.

611. M. ἀμέμπτων. In apographo G. ἀμέμπτος. Inde vulgabatur ἀμέμπτως. Hermannus denique posuit ἄμεμπτον. Partim recte Franckenius: si iungas πρὸς ἄπαντα τέρμονα ἄμεμπτον, languet ἄπαντα, sin πρὸς ἄπαντα eo sensu quo πρὸς πάντα apud Xenophontem quoque invenitur pro 'quovis modo', pendent τέρμονα ἄμεμπτον; rursus si ἀμέμπτως scribens illuc referas πρὸς ἄπαντα τέρμονα, minus aptum est τέρμονα, quum nullum motionis verbum praecesserit. Nec ferri potest Keckii sententia: 'sienti τέρμα θανάτου finis ille est quem mors efficit, equidem non intelligo cur non eodem modo τέρμων ἀμέμπτων ille finis dici nequeat, qui bonis tantum rebus continetur.' Hartungius denique scholiastae adnotationem sequens correxit τέρμονα πέμπτων πρὸς ἄπαντα. At id nihili esse recte vidit Franckenius, qui eandem invenit scripturam. Aeschylum verisimillimum est scripsisse: τιμὰς ἐπ' ἀληθείᾳ τέρμον' ἀμέμπτους πρὸς ἄπαντα.

612. M. νῦν ὅτε καί. 'νῦν ὅτε mediae orationi inseritur ut ἔστιν ὅτε et similia. Aeschylus Sept. ad Theb. 686. νῦν ὅτε σοι παρέστακεν. Pind. Ol. X. 13.: νῦν ψᾶσον ἐλισσομένην ὄλα κῆμα κατακλύσσει ῥέον, ὄλα τε κοινὸν λόγον φίλαν τίσομεν ἐς χάρην. Hom.

Iliad. XVIII. 88.: *νῦν δ' ἵνα κεν σοι πένθος ἐνὶ φρεσὶ
μυρίον εἴη παιδὸς ἀποφθιμένοιο.* Sic scribendum pro
ἵνα καί. Hermannus ad Sophocl. Ai. 802.

Θεοὶ Διογενεῖς. Mirum in modum fallitur Bergkiius
διογενεῖ scribens: 'quamvis non omnino negaverim hoc
epitheton diis convenire, multo tamen hic rectius gens
Argiva generis antiquitate et splendore praeter ceteros
insignis *γένος διογενές* vocatur.' Videsis, ne quid aliud
dicam, Septem v. 283. *παντὶ ἰρόπω, διογενεῖς θεοί, πόλιν
καὶ στρατὸν Καδμογενῆ ῥύεσθε.*

613. M. *γένει.* 'populo Argivorum'.

Ceterum apud scholiastam *χεούσης ἐμοῦ εὐκταῖα
γένη, ἣ ἰὼ γένει* legendum esse Franckenius recte ob-
servavit.

614. 615. M. *μήποτε πυρέφαιον τῶν πελασγίαν πόλιν
τὸν ἄχορον βοᾶν κίσαι μάχλον Ἄρη.*

Turnebus restituit *πυρέφαιον.* Deinceps metri in-
dicio posuit Hermannus *τάνδε Πελασγίαν* remoto *πόλιν.*
Id autem addidit aliquis grammaticus, qui *τὸν* po-
tius corruptum esse non intellexit. Nimirum Aeschy-
lus, ut metrum quoque indicat, non *τὸν* sed *γᾶν* ad
Πελασγίαν quidem referendum scripsit. Quae sequuntur
ἄχορον βοᾶν eodem premuntur vitio. Legendum est
ἄχορον βοᾶν. Hoc enim dicit poeta: moege der ueppig-
mordende Ares, der auf anderen gefilden die sterbli-
chen erntet, nimmer unersaettlich an kampfgeschrei
dies Pelasgerland mit mord und brand heimsuchen (vel
simpliciter in feuer verbrennen, *πυρέφαιον κίσαι* enim
idem fere significat quod *πυρὶ φλέγειν*).

617. M. *ᾧκτεισαν.*

621. 622. ἀτιμώσαντες. Ammonius: ἀτιμοῦνται μὲν γὰρ τις ὑπὸ τῶν νόμων ὀλοσχερεῖ ἀτιμία. ἀτιμάζεται δὲ ὁ ὑβριζόμενος ἔνι πράγματι. Conf. Valcken. ad Adonias. p. 228.

623. M. πράκτορά τε σκοπόν. Recte mihi videor non dico emendasse sed legisse πράκτορ', ἅτε σκοπόν. Conf. Plat. Rep. 8. p. 568. B. Τοὺς τῆς τραγωδίας ποιητὰς εἰς τὴν πολιτείαν οὐ παραδεξόμεσθα, ἅτε τυραννίδος ὑμηγιάς. Atque ἅτε idem quod οἷα, 'quippe', significat.

624. M. δυσπολέμητον ὃν οὔτις ἂν δόμος ἔχοι. In apographo G. ὃν puncto subscripto delendum significatur. Hermannus recte scripsit: δυσπολέμητον, ὅστις ἂν δόμος ἔχη σφ'. Pronomen σφέ addi etiam hiatus postulabat.

625. M. ἐπορόφων. Recte in apographis: ἐπ' ὀρόφων. Primo igitur obtutu totus locus ita videtur legendus:

Δίον ἐπιδόμενοι πράκτορ', ἅτε σκοπόν
 δυσπολέμητον, ὅστις ἂν δόμος ἔχη σφ'
 ἐπ' ὀρόφων μαίνοντα βαρὺς δ' ἐφίξει.

Quae si recte se haberent verba, genius ille ultor, quem nulla domus commaculantem in tectis habere vult, non Iuppiter ipse, sed Ἀλάστωρ esset, qui piacula retribuere solet piaculis. Conf. supra 398. ἐκδόντες ὑμᾶς τὸν πανώλεθρον θεόν, βαρὺν ξύνοικον θησόμεσθ' Ἀλάστορα. Iovem enim ipsum non credibile est meherele in tectis insidere commaculantem. Atque aliter dixit poeta 365: τὸν ὑπόθεν σκοπὸν ἐπισκόπει, φύλακα πολυπόνων βροτῶν. Ibi enim Iuppiter recte intelligitur atque artissime. At cur Aeschylus tandem hic Ἀλάστορα tam mirabilem induxit ἐπ' ὀρόφων μαίνοντα? Cur σκοπὸν dixit

δυσπολέμητον? Nimirum verba nondum prorsus recte se habent. Scholiographus ad hunc locum adnotavit: Διὸς σκοπὸν, τὸν Διὸς ὀφθαλμὸν τὸν πάντα σκοποῦντα. ἐφιζάνει γὰρ βαρὺς καὶ ἐρείπει τὸν οἶκον. Quae veteris grammatici verba apertum est ad diversam respicere huius loci interpretationem, modo cum Bergkio meminerimus, Iovis oculum dictum esse fulgur, quod Hesychius testatur: ὡςπερ ὁ ὀφθαλμὸς τοῦ Διός· ὡς ἀστραπή. Nec tamen, ut verba revera de fulmine intelligi possint, cum eodem Bergkio scribam: Δίον ἐπιδόμενοι, πράκτορα σκοπὸν δυσπολέμητον, ὃν τίς ἂν δόμος ἔχου' ἐπ' ὀρόφων λαχάιοντα; Talibus enim modis Aeschylus dicere non potest. Quomodo igitur scripsisse noster credendus est? Ni fallor, ita:

Δίον ἐπιδόμενοι πράσιον, αἶε σκοπὸν
δυσπολέμητον, ὅστις ἂν δόμος ἔχη σφ'
ἐπ' ὀρόφων μαίνοντα· βαρὺς δ' ἐφίξει.

πρησιῆρ dicitur 'fulmineus ignis.' Anth. Pal. VII. 174.

ἄλεσε γὰρ πρησιῆρ σε κεραύνιος. Herod. VII. 42. βρονταί τε καὶ πρησιῆρες ἐπεσπίπτοισι. Xenoph. Hell. I. 3. 1. ὁ νεὼς ἐνεπρήσθη πρησιῆρος ἐμπεσόντος. Aeschylus alteram minus vulgarem formam πρήσιωρ refinxit. 'Numerosae terminationes ηρ et ωρ immensam nominum copiam tragicis poetis acceptam signaverunt et haud raro cognatam terminationem ης expulerunt. Nam poetae Aeschylo praeunte ita in his versati sunt, ut ubi altera forma in usum publice recepta esset, alteram minus vulgarem aut depromerent aut fingerent.' Todt. I. c. pag. 9. Similiter dicuntur πληκτιῆρ, πλήκτιης, πλήκτιωρ. Conf. Anth. Pal. VI. 294.: νάρθηκα κροιάφων πλάκτορα νηπιάχων.

Iam emendatione mea recepta satis aperta fit sententia. Διὸς πρησιῆρ egregie comparatur cum specu-

latore, qui summis insidere solet sive locis sive tectis. Conf. Od. XVI. 365. ἤματα μὲν σκοποὶ ἴζον ἐπ' ἄκρας ἡγεμοέσσας. Plut. Alcib. σκοποὺς ἐπὶ τῶν ἄκρων ἐκάθισε. Xenoph. Cyrop. VI. 3. 1. διερευνητὰς καὶ σκοποὺς ἀεὶ ἀναβιβάζων ἐπὶ τὰ πρόσθεν εὐσκοπώτατα. Sed quid exemplis opus in re aperta? Pro Διον eadem in re dicitur Διόβολον apud Eurip. Alcest. 129. δμαθέντας γὰρ ἀνίστη, πρὶν αὐτὸν εἶλε Διόβολον πλήκτρον πυρὸς κεραυνίου.

625. M. *μαίνοντα*. Commaulandi notio hic cum fulgure satis convenire videtur. Sed quoniam βαρὺς δ' ἐφίξει sequitur, verisimilius est poetam simpliciter verbum quod commorationem indicaret posuisse. Quare Hermannus scripsit *ιαίνοντα*. Id recipiendum nunc duco.

628. M. *τοιγάρι* a manu prima.

630. M. ὑποσκί^οων.

ὑποσκίων ἐκ στομάτων 'ex oribus ramis obumbratis.' Iterum enim acceperunt virgines supplices ramos. Hinc ora inumbrata dicuntur. Similiter Lucretius III. 910. tenentque pocula saepe homines et inumbrant ora coronis. Atque apud Eurip. Orest. 374. τῶν σῶν δὲ γονάτων πρωτόλεια θιγγάνω ἰκέτης ἀφύλλον στόματος ἐξέπτων λιτάς i. e. 'sine supplicibus ramis.'

633. M. *τῶνδε*. Id correxit Hermannus.

634. M. *μηδ' ἐπιχωρίοις*. Bambergerus addidit *σιάσις*. Pers. 716. τίνι τρόπῳ; λοιμοῦ τις ἤλθε σκηπτὸς ἢ σιάσις πόλει. Eum. 961. τὰν δ' ἄπλησιον κακῶν μήποι' ἐν πόλει σιάσιν τᾶδ' ἐπεύχομαι βρέμειν, μηδὲ πιούσα

κόνης μέλαν αἷμα πολιτῶν δι' ὄργαν πονιᾶς ἀντιφόνους
 ἄτας ἀρπαλίσαι πάλεως.

635. 636. M. πέδον τᾶς ἤβας δ'. Recte Porsonus
 πέδον γᾶς. ἤβας δ'.

637. M. μηᾶφροδίτας sed postea δ post μη addi-
 tum. Recte Heathius.

640 — 642. M. καὶ γεραροῖσι πρεσβυτοδόκοι γεμόν-
 των θυμέλαι φλεγόντων τῶς πόλεις (ut ei litteris aliquid
 supra adscriptum fuisse videatur) εὔ νέμοιτο habet.
 Egrege retexit vitium Hermannus: 'Apertum est γερα-
 ροῖσι carere substantivo et aut γεμόντων aut φλεγόντων
 redundare. Nimirum φλεγόντων per errorem scriptum
 erat pro φλεόντων, quo verbo usus est Aeschylus in
 Ag. 361. 1377.' Eius interpretatio fuit γεμόντων, quod
 substantivi loco propter initii similitudinem ante θυμέλαι
 omissi inter poetae verba receptum est. Id autem θυη-
 λαῖς fuisse equidem pro certo habeo. De significato
 conferri potest Eust. p. 1601. 4. θυηλή ἢ διὰ θυσιῶν
 μαντεία. Similiter Photius p. 96. 6. (θυηλαί· αἱ διὰ
 θυσιῶν μαντεῖαι) atque Theognost. p. 20. 17. Deinceps θυ-
 μέλαι ab Hesychio recte explicantur: θυμέλη· οὕτως λέ-
 γουσι τὸν βωμόν. Verbum φλεόντων hac in re ab Aeschylō
 ipso confirmatur, qui τὸ Φοῖβον θεῖον σιόμα apud Plat.
 de rep. II. p. 383. A. dicit μαντικῇ βρόον τέχνη. Non
 deerit fortasse qui suspicetur scriptum fuisse καὶ γερα-
 ροῖσι πρεσβυτοδόκοι θυηλαῖς θυμέλαι φλεγόντων, ut θυη-
 λαί pro 'libamentis' accipiantur. Addit enim Eustathius
 loco supra laudato has θυηλάς dici etiam πελάγους.
 Item Hesychius θυηλήν explicat θυσίαν. Atque apud
 Homerum Il. I. 220. legitur: ὁ δ' ἐν πῶρι βάλλε θυηλάς.

Denique comparari potest Ag. 91. βωμοὶ δώροισι γλέγορια. Verum tamen ista explicatio quamvis habeat, quo defendi possit, imprimis propterea displicet, quod non decebat eadem bis dici. Vide 673—675.

643. M. μέγα. Aldinā μέγαν.

644. M. τὸν ξένιον δ' ὑπέριαιον. 'Nulla offensio est in brevi syllaba finali, alio sequente numero.' Hermannus. Equidem cum Bergkio recipiendum duxi ὑπεριάτως. 'Etiam scholiasta adverbium reperisse videtur: τῶν γερόντων σεβόντων τὸν Αἴα τὸν ξένιον ὑπεριάτως, quem non recte reprehendit Hermannus, quod σεβόντων pro participio habuerit, cum sit imperativus: erravit scholiasta tantum eo, quod ad senes retulit quae de omnibus Argivis dicta sunt: non admonentur Argivi ut colant Iovem hospitem sed propter insignem Iovis religionem, quam erga Danaidas ostenderant, chorus civitati Argivae fausta omnia auguratur.' Ita recte Bergkius. Ceterum non certa mihi videtur explicandi ratio. Fortasse cum Hermanno licebit legere:

τὸς πόλις ἐν νέμοιο·

Ζῆνα μέγαν σεβόντων,

τὸν ξένιον δ' ὑπέριαιον.

Fortasse quoque pro σεβόντων legendum est σεβουσαι: nemo enim σεβόντων post γλεόντων positum pro imperativo profinus habere non potest. Conf. Ag. 553. ὡς κομπάσαι τῷδ' εἰκὸς ἡλίον φάει ὑπὲρ θαλάσσης καὶ χθονὸς ποταμένοις, ubi Hermannus recte adnotavit: 'Itaque nos, inquit poeta, qui per mare per terras incolumes reversi sumus gloriari aequum est.'

645. M. ὄς. Emendate Turnebus.

646. M. *ίικισθαι δ' ἐγόρους γᾶς*. Inutilem coniecturam δὲ *φόρους γᾶς* vel ab Hermanno receptam esse valde miror: habet tamen vir summus non nihil excusationis in eo, quod bene perspexit *φόρους* certe minus ineptam esse lectionem quam *ἐγόρους*, quod alii interpretes poetae obtrudunt. Luce clarius est hoc loco non posse sermonem esse nisi de civitatis prole nunquam deficiente, qua imprimis opus esse ad servandam rei publicae salutem nemo nescit. Equidem igitur legendum suspicatus sum *ίικισθαι δὲ κόρους γᾶς*, quod aptissimam sane sententiam quam requirimus facile praebet. Ceterum *κόρους αἰὲν ίικισθαι ἄλλους* coniungenda esse vix opus est ut admoneam. Conf. Plato. Reip. 5. p. 460. B. *τὰ αἰὲν γιγνόμενα ἔχγονα. Κόρους γᾶς* noster dicit pro *γᾶς ἐκγόνοις*. Aptè comparari potest Soph. Oedip. R. 171. *οὔτε γὰρ ἔχγονα κλυτὰς χθονὸς αὖξεται οὔτε τόκοισιν ἱγίων καμμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες*.

649. M. *λόγους*. Robortellus recepit *λόχους* ex emendatione Sophiani. Horatius: rite maturas aperire partus, lenis Ilithyia, tuere matres.

650. Hesychius: *λοιγός· ὄλεθρος*. Pind. Nem. IX. 37. *ἀμύνειν λοιγὸν Ἐνναλίον*.

651. M. *δαίξων*. Recte *δαῖζων* Aldina. *δαίζων* in M. quoque prius scriptum fuisse videtur.

652 — 654. M. *ἄχαρος ἀκίθαρις δακρυγόνον ἄρη
βοᾶν τε δῆμον ἔξω παίζων*.

Et *βοᾶν* quidem in codice a manu prima scriptum est. Apud Plutarchum in amatorio c. 16. p. 758. F. legitur *ἄχαριν ἀκίθαριν δακρυγόνον ἄρη τᾶτε δῆ-*

μον ἔξοπλίζουσα, scilicet *μανία*, quam quum *ἀρειμάνιον* et *πολεμικήν* dicat scriptor, apparet eum quoque *ἄρη* scripsisse. Nimirum vetere vitio inquinatum esse locum docent quoque scholiastarum adnotationes. Genuinam poetæ scripturam mihi videor nunc restituisse. Sed *ἔξοπλίζων* ante me Stanleius invenerat. Ceterum recte Hartungius: der wunsch, dass die stadt nie erobert und zerstoert werden moege, ist als das erste und allgemeine allen den speciellen wuenschen vorangestellt. Die zweite erwachnung des krieges geschah nur nebenbei bei dem wunsche, dass die jugend nicht gewaltsam abgemaecht werden moechte, jetzt folgt die ausfuehrliche beschreibung vernichtender kriegswuth, neben der erwachnung des schwarmes von krankheiten, als der zwei groessten uebel, durch welche staaeten vernichtet und entvoelkert werden koennen.

654. M. *δεσμός*. Turnebus *δ' ἔσμὸς* recepit. Similiter Horatius alicubi dixit: nova februm terris incubuit *οφhors*.

656. M. *ὁ λύκιος*. Correxerit Arnaldus. Apollinis *Λυκείου* nominis apud veteres quoque videtur incerta fuisse origo. 'Plerique ab lupis, quos Apollo occiderit, derivarunt: quam famam secutus est Sophocles, qui in *Electra* v. 7. *ἀγορὰν Λύκειον* Argivorum memorat, in qua statua τοῦ λυκοκίονου θεοῦ posita sit. Verum hoc nihil facit ad alios Sophoclis ceterorumque tragicorum locos, in quibus Apollo *Λύκειος*, undecunque nomen ductum fuerit, non ut dator, sed ut averruncus malorum invocatur.' G. Dindorfius. Ceterum conf. Pausan. Corinth. 19. *Ἀργεῖοις δὲ τῶν ἐν ἡ πόλει τὸ ἐπιφανέστατον ἔστιν Ἀπόλλωνος ἱερὸν Λυκίου.*

657. M. *πάσαι νεολαίαι*, ut prius *πᾶσαι νεοιλαιαι* scriptum fuerit. Emendate Turnebus.

658. M. *καρποτελεῖ δέ τοι*. Geelius correxit *καρποτελεῖν*, ut *ἐπικραίνειν* cum infinitivo hic coniunctum sit. Eandem emendationem etiam Bergkii fecit recte admonens eam a scholiasta comprobari. Deinceps scripsi *δ' ἔτι*. Nam *τοι* particula quid hic sibi velit non satis apparet. *Δέ τοι* alibi quoque perperam pro *δ' ἔτι* legitur. Sic in Prom. 1025. cum apographo Parisino H. legendum est *Διὸς δ' ἔτι πτηνὸς κίων* pro *Διὸς δέ τοι*, quod M. habet.

659. M. *πάνωρος*, 'prorsus tempestivus.' Diversam significationem Wellauerus accepit: 'quovis anni tempore prodiens.'

660. M. *δὲ βρότατος*. Ipse nunc demum leve vitium correxi. — *ἀκροτάτως*, 'summe.' Conf. Eriph. Haer. 5. 57. p. 481. D. *φύσει ἀκροτάτως ἄνθρωπον ψιλὸν* (esse Christum) *διηγησάμενος*. Aelian. H. A. 16. 11.: *μελαίνης ἀκροτάτως χρόας*. Vide etiam Plat. Pol. 5. 459. E. *εἰ μέλλει τὸ ποιμνιον ὄτι ἀκρότατον εἶναι*.

Πρόνομα dicit poeta quae vulgo *πρόβατα* vel *ρομεύματα* vocantur. Antiqua simplicitate praecipuam pecoris fertilitatem enixe orant. Vide Eum. 901. *μῆλά τ' εὐθροῦντα γὰρ ξὺν διπλοῖσιν ἐμβροίσις τρέφοι χρόνῳ τεταγμένῳ*. Ag. 1377. *μῆλων φλεόντων εὐτόκοις νομεύμασιν*. Horatius: fertilis frugum pecorisque Tellus spicea donet Cererem corona, nutriant fetus et aquae salubres et Iovis aurae.

661. M. *τὸ* (eraso accentu) *πάντ'*. Correxit Turnebus.

M. λάθοιεν. Scribendum erat λάκοιεν.

662. M. εὐφήμοις δ' ἐπὶ βωμοῖς. Deleto δὲ verba cum praecedente versu coniunxi verissima ni fallor coniectura.

663. M. μούσαι θεαί τ' αἰοδοί. Haec a me emendata sunt: θεῖαν μούσαν αἰοδοί. Conf. Sophocles Trach. v. 640. ὁ καλλιβόας τάχ' ὑμῖν ἀνλὸς οὐκ ἀναρσίαν ἀχῶν καναχῶν ἐπάνεισιν ἀλλὰ θεῖας ἀντίληρον μούσας. Hoc igitur poeta dicit: und auf der goetter antrieb ganz und gar moegen an hochheiligen altaeren goettlichen gesang erschallen lassen die saenger und von reiner lippe empor hebe sich das lied in harfenbegleitung.

Relicuum est, ut nonnulla adnotemus. τὸ πᾶν ἐκ δαιμόνων λάκοιεν i. e. πάντως ἐκ θεῶν (θεόθεν) λάκοιεν. Conf. Choeph. 36. κριταὶ δὲ τῶνδ' ὄνειράτων θεόθεν ἔλακον ὑπέγγνοι. Ag. 105. ἔτι γὰρ θεόθεν καιαπνεῖει πειθῶ μολπᾶν ἀλκᾶ σύμφυτος αἰών. Choeph. 1010. ὀλοίμην πρόσθεν ἐκ θεῶν ἄπιας. Sept. 23. καλῶς τὰ πλείω πόλεμος ἐκ θεῶν κρηεῖ. Pers. 368. οὐ γὰρ τὸ μέλλον ἐκ θεῶν ἠπίσιατο. At paene crediderim Aeschylum scripsisse: τὸ πᾶν τ' εὐδαιμόνως λάκοιεν. Eodem adverbio usus videtur esse in Ag. 321: ὡς δ' εὐδαιμόνως ἀφύλακτον εὐδήσουσι πᾶσαν εὐφρόνην. — Cum εὐφήμοις ἐπὶ βωμοῖς conf. Hesiod. op. 135. μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς, Hom. Od. III. 273. θεῶν ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς. — λάκοιεν θεῖαν μούσαν. Conf. Ag. 572. ὅμως δ' ἔθνον καὶ γυναικείῳ νόμῳ ὀλολυγμὸν ἄλλος ἄλλοθεν κατὰ πτόλιν ἔλασκον εὐφρημοῦντες ἐν θεῶν ἔδραις θυηγάγον κοιμῶντες εὐώδη φλόγα.

666. M. φυλάσσοι τ' ἀτιμίας ἡμᾶς. In margine ἀσφαλίας, quod apographus Parisinus recepit. Inter-

pretes verba meo quidem iudicio nec satis intellexerunt nec recte emendarunt. Illo *ταιμιας* mihi nihil contineri videtur nisi vocabulum *ῥαιτύμως* h. e. *ἐνητύμως*, quod scholiographus quidam in margine per *ἀσφαλέως* recte explicavit. Conf. supra 130. Nec mihi opinor repugnabit Ludolfus Ahrens, vir doctissimus, quod novum rarioris aphaeresis exemplum ita recepi. Deinde *τε* metri iudicio post *ῥαιτύμως*, vel etiam *ῥαιτύμως*, nisi illicitam esse credimus formam doricam, inserui. Quod ad sententiam attinet, Hermannus honores perperam iudicavit intelligendos esse imperii popularis. Recte scholiastes: *ἀμετακίνητοι εἶεν ἀνίοις αἱ τιμαί*: ita enim ipsae virginum honorificae preces dicuntur. Vide supra 609. *ξενίον στόματος τιμάς*.

667. M. *τὸ δῆμιον, τὸ πτόλιν κρατύνει*. Recte. Fortasse tamen poeta dorica forma usus est *τὸ δάμιον*. Conf. Choeph. 55. *δι' ὅτων φρενός τε δαμίας περαίνων*. Eum. 161. *πάρεσσι μαστίχορος δαμίον*. Conf. supra 354. *σὺ δὲ τὸ δῆμιον*, ubi G. Dindorfus potius *δάμιον* recipiendum duxit. Populare imperium, ut hoc addam, antiquissimum erat apud Argivos: Pausanias II. 19. 2. *Ἀργεῖοι δὲ, αἵτε ἰσηγορίαν καὶ τὸ αὐτόνομον ἀγαπῶντες ἐκ παλαιοτάτου τὰ τῆς ἐξουσίας τῶν βασιλέων ἐς ἐλάχιστον προήγαγον, ὡς Μήδωνι τῷ Κείσον καὶ τοῖς ἀπογόνοις τὸ ὄνομα λειψθῆναι τῆς βασιλείας μόνον. Μέλιαν δὲ τὸν Λαλήδεω τὸν ἀπόγονον Μήδωνος τὸ πάραπαν ἔπανσεν ἀρχῆς καταγνούς ὁ δῆμος*.

668. M. *προμήθεός*. Hermannus scripsit *προμαθίς*. De qua forma (verba sunt ipsius Hermanni) eo minus dubitandum est, quod *Πρόμαθις*, nomen mulieris, in Phalaeci epigrammate est in Anthologia Palatina XII. 27. 5.

Adiectivo feminino *προμηθεΐς* dixit Sophocles Elect. 1078.
Ceterum *Πρόμαθις*, quod nomen Hermannus affert, patronymicon videtur a *Προμηθεὺς* ductum. Eadem forma *Ἐπίμηθις* utitur Ovid. Metam. I. 390. Ea de caussa nunc potius *προμαθές*, quod Bergkiius coniecit, recipiendum duco.

εὐκοινώμητις. Nimirum movent virgines Argivos, ut iustitiam pariter erga cives atque erga externos servent: imperium enim quod communi omnium saluti bene prospicit, revera providum est.

669. Thueyd. IV. 118. *τὴ ἀμφίλογα δίκη διαλύον-
τας ἄνευ πολέμου*, scilicet sint *δωσίδικοι* (Herod. VI. 42.).
Contrarium *δυσξύμβολος* legitur Plat. Reipubl. p. 486. B.
Paleius.

673. M. *ἐγχωρίοις* a prima manu. Recte in apographis. Hermannus: *θεοὺς ἐγχωρίους* eo aptius hic memoratos apparet, quod quae hoc precantur virgines origine Argivae sunt, quae se cultu Aegyptiorum abdicant. Intelligendi sunt autem simul heroes. Nam lex Draconis, quam affert Porphyrius IV. de abstinentia p. ultima, ita praecipiebat: *θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀιθίοδα νεμομένοις κύριος τὸν ἕπεινα χρόνον, θεοὺς τιμᾶν καὶ ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ ἐπομένοις νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ κατὰ δύναμιν, σὺν εὐφημίᾳ καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν, πελάνοις ἐπετείοις.*

674. M. *δαγνηφόροισιν*. Correxerit Schuetzius.

675. Hermannus adnotavit: 'quum tertiam diceret, poterat secundam praeterire ut quae in legibus observandis posita sponte intelligeretur.' At contra Her-

mannum recte Bergkiius: 'tantum abest ut Aeschylus tertium hoc praeceptum κοινούς τιμᾶν Ἑλλάδος νόμους silentio praetermiserit, quod Hermanno visum est, ut tota stropha quarta ad hoc ipsum animos revocet.' Ceterum cum nostro comparari potest Euripides (Antiope. fr. 219. ed. Nauck.)

τριῖς εἰσὶν ἀρεταὶ τὰς ἔχρη'ν σ' ἀσκεῖν, τέκνον·
 θεούς τε τιμᾶν, τοὺς τε θρέψαντας γονεῖς,
 νόμους τε κοινούς Ἑλλάδος· καὶ ταῦτα δρῶν
 κάλλιστον ἔξεις σιέφανον εὐκλείας αἰεῖ.

679. M. ἡμεῖς δὲ μητρὲς αἰεὶ ἀκούσασαι. Recte Turnebus ὑμεῖς δὲ μὴ τρέσητ' ἀκούσασαι.

682. 'Nihil mutandum. Idem est ac si dicat εὖσημον ὄρω.' Hermannus.

683. 'Παραρρύσεις sive παραρρύματα (Xenoph. H. gr. I. 6. 19. II. 1. 22.) erant tegmina quaedam seu plutei, quibus in utrumque navis latus extentis et ipsa navis et nautae ab ictu hostilium telorum protegabantur. Conf. Thueyd. VII. 65. τὰς πρώτας καὶ τῆς νεῶς ἄνω ἐπὶ πολὺν κατεβύρωσαν, ὅπως ἂν ἀπολισθάνοι καὶ μὴ ἔχοι ἀντιλαβὴν τὰ ἐμβαλλόμενα.' Paleius. Hesychius s. v. παραρρύματα· τινὲς δὲ σχοίνιον ἐν ταῖς ναυσίν. At nostro loco ex Hermanni sententia 'de fune non cogitandum: dici enim debet quod ex longinquo conspici poterat. Quare istae pelles vel crates vel plutei sunt intelligendi.'

684. M. σοννοιτῆρος. Id ortum est ex εὐθονιτῆρος, quod Turnebus recepit. Salvinius rectius scripsit ἰθονιτῆρος.

685. M. *ιω̄ς ἄν*. ut post *σ* apostrophus erasus esse videatur. Recte in apographo E. *ιω̄ς ἄν*. ‘Poterat dicere *ιω̄ς μὲν οὐ φίλη*, sed ne *ἄν* quidem falsum est, hac sententia, *ἢ ἰω̄ς ἄν οὐ φίλη εἶη*, hoc est obversa nobis, non aversa.’ Hermannus.

687. M. *νήιοι*. G. Dindorfius recepit potius *νάιοι*.

688. M. *γύοισι*. Turnebus *γυίοισι*.

691. ‘*στείλασα λαῖφος*, ‘contractis velis.’ ‘Scilicet in aperto mari velis utebantur nautae; remis quum iam terrae fierent propiores. Od. XVI. 353. Il. I. 432.’ Paleius.

693. M. recte *μη̄ ἀμελεῖν*.

695. M. *ἴσως γὰρ ἦ κήρυξ τις*. Recte Burgesius videtur emendasse. Credibile enim non est poetam *ἴσως μόλοι* posuisse cum potuisset *ἴσως γὰρ ἄν κήρυξ μόλοι* dicere. Ceterum Dindorfius non *κήρυξ* sed potius *κήρυξ* scripsit. ‘Perpetua haec est codicum fluctuatio ita tamen ut *κήρυξ* plerumque optimorum librorum auctoritate commendetur.’ At casuum obliquorum mensura *κήρυξ* postulare videtur. Sed Priscianus p. 753: ‘Oportet scire quod Graeci *ι* et *υ* ante *ξ* breves esse volunt, etiamsi in obliquis producantur, ut *Φοῖνιξ Φοίνικος*, *βόμβυξ βόμβυκος*.’ Hinc *κήρυξ* eum scripsisse patet.

M. *πρέσβημολοι*. Hermannus: ‘*πρέσβη* veterum librorum est *πρεσβεία*. Testem ergo habet *πρέσβη* quem requirebat Lobeckius in Prol. pathol. p. 43.’ At valde incerta est haec forma: verisimilius est poetam scripsisse *πρέσβης*, quod Turnebus primum recepit, nisi

forte in eo haeremus quod *πρέσβυς* est 'senex', *πρέσβεις* autem 'legati.'

ἑνυσίων ἐφάπιος. Recte scholiastes id explicat: *ἐνεχράζοντες ἡμᾶς διὰ τινος ἀρπαγῆς* h. e. unam alteramve virginem pro pignore rapientes.

697. M. *μητρεσαιτε νιν*.

700. M. *θαροσεϊτε*. Recte Turnebus.

702. M. habet *ὡς supra versum a secunda manu additum*.

703. M. *ἤχουσι*. Emendate Turnebus.

705. *πολυδρόμον φυγᾶς* metri indicio addubitavit Engerus: es wird *βωμοδρόμον φυγᾶς* zu setzen sein. Danaos hatte seine toechter aufgefordert, sich an die altaere der goetter zu fluechten, worauf diese die besorgniss aussprechen, ob denn auch in der that diese zuflucht einen schutz gewaehren werde. Non male quidem id excoGITatum, sed nil mutandum censeo.

706. M. *παροίχομαι*. Edidi *κατοίχομαι*: at nihil mutandum erat.

M. *δείματι* ante *μ* littera erasa.

707. M. *τελειᾶ*.

708. M. *ἐγών*. Recte Turnebus.

709. M. *ἐξώλεσεσ τίμαργον*. Correxerit Turnebus.

710. Μ. προσειδότα.

712. Μ. ἐπὶ (nisi forte ἐπεὶ est) τάχει. Turnebus ἐπιπυχεῖ.

713. Μ. πόλει. Emendavit Stanleius. Ceterum dativus πολεῖ (α πολύς, πολέος ductum) alibi non legitur.

Μ. μελαγχείμω.

714. Μ. μεσημβρία. Correxit Schuetzius. Praeterea Hartungius scribendum esse putat πολλοὺς δ' ἄρ' εὐρ. Non male.

715. Μ. βραχεῖον. Recte Turnebus.

Μ. κατερρινημένους. Hesychius κατερρινωμένον, καταπεπυκασμένον, καταδεδερματωμένον. Quare Hartungius recte posuisse videtur κατερρινωμένους.

716. Μ. πρόλιπε. Recte Turnebus.

719. Μ. δουλόφρονες δὲ καὶ δολομήτιδες. Veram scripturam οὐλόφρονες, respondentem Homericο οἰλόφρων, restituit Valckenarius in schedis ineditis emendatione egregia, quam etiam longa syllaba in initio versus antistrophici ab Aeschylo posita commendat, etsi hoc ab Valckenario sciri non poterat. G. Dindorfius.

721. Μ. ταντωτέκνα.

722. Εἰ σοὶ τε καὶ θεοῖσιν ἐχθαιροῖατο i. e. εἰ οὐ μόνον σοί, ἀλλὰ καὶ θεοῖς ἐχθαίροντο.

723. σέβη, quod alibi non invenitur, suspectum

videtur A. Nauckio: qui mecum coniecturam *σιέφῃ* communicavit.

725. M. *περίφρονες*, quod interpretis esse recte vidit Dindorfius. Aeschylus in versu antistrophico quoque fortiore usus vocabulo *φυσίφρονες* scripserat, quod servavit qui tot alia ex Supplicibus in glossarium suum rettulit Hesychius, *φυσίφρονες*· *πεφρυσμημένοι* *ιάς φρένας*, *μάταιοι*. Nam sic recte correcta est codicis scriptura *φυσίφρονες πεφρυσμημένοι*. G. Dindorfius.

M. *ἀνιέρω μένει*.

727. M. *οὐδὲν ἐπαίοντες*.

728. M. *ιοὺς λίκους κρείσσων*.^{ους} Hermannus recte *κρείσσοντας λίκους*.

729. Zenobius affert II. 73: *βύβλου δὲ καρπὸς οὐ κρατεῖ σιάχην· ἐπὶ τῶν οὐ δυναμένων τοῖς ἰδίοις χρῆσθαι καλοῖς, παρόσον ἀσθενῆς ἢ βύβλος πρὸς τὸ φέρειν σίτον· σιάχνας γὰρ ἀναιέλλουσα οὐκ ἐπιτρέφει*. Eadem apud Suidam leguntur.

730. M. *ὡς καί*. Dubium an dictum sit pro *καὶ* ὡς h. e. *ὅμως*. Fortasse agnoscenda erit hic particulae *καί* traectio, praesertim quum 'etiam' sit. Conferri potest Prom. v. 51. *ἔγνωκα, τοῖσδε κούδὲν ἀντιπεῖν ἔχω*. Ita enim hic versus olim interpungebatur: consentiente tamen Hermanno Bothius *ἔγνωκα τοῖσδε* potius coniunxit. Conf. Haupt. Observat. Crit. Lips. MDCCCXLI. p. 53—67. Ipse ex Hermanni coniectura *ἔμπας* festinantius nuper recepi.

731. M. ἔχοντες. Sed impeditius est quam a Turnebo profectum ἔχοντας. Praeterea si quid mutandum est, Hartungius recte scripsisse videtur κίνας pro κράτος lineola post ἔχοντας sublata.

